Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1141
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

psalmum dicat nomini tuo. Dicite: i(d est) q(uo)d
dico. iubilate gl(ori)am date. (et) etiam Di
cite deo. o d(omi)ne quam t(er)ribilia sunt
op(er)a tua. breuit(er) mysteria incar
nationis dicit. Ea enim sunt op(er)a
terribilia. s(cilicet) quod d(eu)s est fact(us) ho
mo. quod passus. q(uo)d mortuus. (et)
huiusmodi. que possent dici amabi
lia. s(ed) terribilia dicit. ut timeas.
Sicut eum gaudes p(ro)pter p(re)dicta. (et)
time. ne quod datum e(st) humili. au
feratur superbo. sicut factum e(st)
iudeis. Ne ergo insultes fractis
ramis. s(ed) time. ne forte nec tibi
parcat. terribilia sunt op(er)a tua.
(et) hec op(er)a sunt in multitudine
uirtutis tue. i. multa sunt (et)
magna. sec(un)d(u)m multam uirtute(m)
tuam. s(ed) licet sint multa op(er)a.
tamen mentient(ur) tibi inimici
tui. Vel ita. (et) agit de op(er)ib(us) (et)
mirabilib(us) factis in egiptiis. (et)
in filiis isr(ae)l. o d(omi)ne. quam t(er)ribi
lia. i. metuenda sunt op(er)a tua.
de filiis isr(ae)l (et) de egiptiis. que
sunt facta in multitudine uir
tutis tue. que tunc apparuit.
(et) tamen mentient(ur) tibi inimi
ci tui. uisa uirtute. quando ui
derunt in egipto uirtutes (et)
signa. (et) in mari rubro. menti
ti sunt quando dixerunt. omni
a que p(re)cepit nob(is) d(eu)s. faciem(us)
(et) audiemus. Vel ita. (et) alit(er) dis
tinguit(ur) littera. quam t(er)ribilia
sunt op(er)a tua d(omi)ne. hic distin
gue. non mutat(ur) horum uerborum
sensus. Sequit(ur). In multitudine
uirtutis tue mentient(ur) tibi i
nimici tui; q(uasi). op(er)a sunt t(er)ribili
a. que op(er)a mentient(ur) tibi inimi
ci tui. (et) hoc. in multitudine
uirtutis tue. i. ad hoc mentien
tur t(ibi) inimici tui. ut multa ap

pareat potencia uirtutis tue. que
maxime apparuit in resurrectione.
quam hic innuit. ad quam exclu-
sis mendacib(us) iudeis. adhibent(ur)
gentes. Ex mendatio e(rgo) iudeorum. q(ui)
dixerunt nobis dormientib(us) fura
ti sunt eum discipuli. qui (et) prius i(n)
multis mentiti fuerant. dicentes.
In beelzebub eicit demonia. Multa
ta sit tua potencia; solent menti
ri. inimici cuiusquam. ut potencia(m)
ei(us) minuant. tibi aute(m) econtra ac
cidit. quia minus appareret pote(n)
cia tua. si non mentirent(ur) tibi in
imici tui. maxime potencia xp(ist)i.
sec(un)d(u)m homine(m) in resurrectione. Vn
de psalmus intytulat(ur) apparuit.
Vnde hoc p(ro)prium signum potencie
.s. resurrectionem co(m)mendat d(omi)n(u)s.
de similitudine ione dicens. Sic(ut)
fuit ionas in uentre ceti. (et)c. Ite(m).
Soluite templum hoc. (et)c. quo
signo. nichil e(st) potenci(us). Fecerunt
enim s(an)c(t)i. immo d(eu)s in eis. multa
fecit miracula. (et) mortuos resu(r)
gere. uerum morituros. s(ed) null(us)
in uitam et(er)nam ante eum surre
xit; ad co(m)mendatione(m) e(rgo) hui(us) po
tencie. ualuit mendacium iudeorum.
quo ad crucem eum p(er)duxerunt.
ut sic resurgeret. Valuit (et) men
dacium falsorum testium. de sol
uendo templo. quib(us) creditum est.
(et) dampnat(us) xp(istu)c. s(ed) resurrexit.
(et) illi falsi sunt. accesserunt etia(m)
mendatio. custodes sepulchri. q(ui)
(et) p(ro)bati sunt falsi. auctus e(st) (et)
numerus mendatium. ut auge
atur merces credentium. menti
ti sunt. (et) cont(ra) mendaces appa
ruit xp(istu)c ueracib(us); Omnis t(er)ra.
Illius e(rgo) relictis in mendatio. t(er)ra. cui(us) t(er)tio
potencie mentiti s(un)t. adoret te
fide. omnis t(er)ra. loco eorum. substituta.